quenti luce cum marito rus propinquum petens ex itinere divertit atque in subiecta fossa partu levata est. ferunt infantem ut sit editus neque vagisse et adeo miti vultu fuisse, ut haud dubiam spem prosperioris geniturae iam tum daret. accessit aliud praesagium, si quidem virga populea more regionis in puerperiis eodem statim loco depacta ita brevi evaluit, ut multo ante satas populos adaequavisset, quae 'arbor Vergilii' ex eo dicta atque etiam consecrata est summa gravidarum ac fetarum religione et suscipientium ibi et solventium vota. initia aetatis Cremonae egit usque ad virilem togam, quam XV anno natali suo accepit isdem illis consulibus iterum [duobus], quibus erat natus, evenitque ut eo ipso die Lucretius poeta decederet. sed Vergilius a Cremona Mediolanum et inde paulo post transiit in urbem. corpore et statura fuit grandi, aquilo colore, facie rusticana,

---

11 sequenti die rus petens cum marito in foveam divertit ibique peperit (floribus ∴ *in marg:* ∴ cuius sompnii misterum Lucretius frater suus poeta dixit ei: brevi tempore filium paries artificem in poematibus et eum poetis commendare debes K^2). infans natus dicitur nec vagisse et valde miti vultu fuisse.

20 inicia etatis Cremone egit usque ad virilem togam, quam XVII anno accepit.

24 inde Mediolanum post Romam transiit.

25 statura grandis cibi et vini minime libidinis in